


J





46

GEORGII ADAMI STRUVII,
D. J. U. Prof. Publ.
EXERCITATIONEM FEUDALEM
SECUNDAM

De

FEUDORUM
ESSENTIA ET
NATURA.

Sub ejusdem Præsidio

Iterum publicæ disquisitioni exponit, & quæ-
dam ex Jure Criminali *Indiquata*
annectit

CHRISTIANUS KAPS, ZITTAVIA
LUSATUS.

Ad d. XXII. Octobr. Anno
M. DC. LVI.
H. L. Q. C.



JENÆ
è Typographéo JOHANNIS NISIL

47



GEORGI ADAMI STRUVE
EXERCITATIONEM FUNDAMENTALEM
SECUNDAM

FUNDAMENTA
ESSENTIALIA
NATURALIA

sub quibus
omnis
etiam ex his
omnibus


CHRISTIANUS KAPPEL
LITAE
M. D. C. L. V.
L. I. G.

1755
1755

Hypothese

7





THESES. I.

Furtum est contrectatio rei fraudulosa, lu-
crificandi gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam usus
ejus possessionisve §. 1. *Inst. de oblig. qua ex de-*
lict. l. 1. §. 3. de furt.

II.

Forma furti consistit in fraudulosâ contrectatione,
lucrificandi gratiâ factâ. vid. *Doncl. lib. 15. Com-*
ment. Juris Civ. cap. 29. Non obst. l. 6. h. t. Excluditur
ergo nuda inficiario. *l. 67. h. t. §. 18. de acquir. v. amit.*
poss. Non obst. l. 47. cod. Cùmque contrectatio rei, a-
pud alium existentis, fiat auferendi rem & lucri facien-
di causâ: ideo is, qui ex acervo frumenti, armario, cellâ,
apothecâ, involucro, aliquid surripuit, in tantum tene-
tur, quantum abstulit. *l. 21. pr. §. 8. init. l. 22. §. 1. h. t.*
Si tamen fur in ipsâ contrectatione vasis, quod totum
tollere potuit, deprehendatur, quoad actionem furti,
ut fur totius, quod contrectavit, tenetur, licet forte con-
trectaverit & solverit, ut quædam tolleret: uti accipi-
mus *l. 21. §. 8. in fin. & §. 10. h. t. Confer. l. 3. §. 8. de incend.*
ruin. naufr.

III.

Si quis rem volente domino dolo contrectat, se-

B 2

cun-

Secundum ipsius (*sc. agentis*) intentionem; furtum committi videri potest. *l. 46. §. 8. h.* revera tamen tale non est. *§. 8. Instit. de oblig. qua ex delict.* Porro ubi animus lucri cupidus abest, furtum cessat. *l. 39. l. 53. §. 1. h.* quia furtum sine affectione furandi non committitur. *§. 5. Instit. de usucap. §. 7. Instit. de oblig. qua ex delict. l. 37. de usuc. Non obst. l. 77. l. 82. §. 2. h.* Inde tamen inferri nequit, illum qui fame coactus cibum surripit hoc delictum non patrare. vid. *Ord. Crim. art. 166. Non obst. l. 2. §. 2. ad L. Rhod. de jact.*

IV.

Objectum furti est res mobilis *l. 7. d. usuc. l. 25. h. r.* Licet sit minimi pretii. *§. 18. Inst. de R. D. l. 37. h. t. l. 8. §. 1. Fam. ercisc. Nov. 69. c. 1. §. 1.*

V.

Res sponte quidem, *h. e. nullâ urgente necessitate, s. actione merè & simpliciter spontanea.* sed absque animo pro derelicto habendi, *ex petulantia fortè, jactatas, qui aufert, furti non tenetur, l. 43. §. 10. & §. 11. vers. quod si putans simpliciter h. t.* Licet ipse auferens non putet istas pro derelicto habitas, quia non potest dici, rem interverti ei, qui eam sponte rejecit. *d. l. 43. §. 10. vers. quod si non putasti.* Non tamen occupans illarum fit dominus. *argt. d. l. 43. §. 11. vers. & si quidam.*

VI.

Sponte autem eâ mente projectum, ut id dominus

nus pro derelicto habeat, qui invenit, suum facit, nec furti tenetur. *d. l. 43. l. 11. h. §. pen. 7. de Rer. Div. l. 5. §. 1. de A. R. D.* Atque hic animus præsumitur, si quis extra necessitatem constitutus ex mari jactum facit, cum sciat periturum. Qui enim rem in mare liberâ plane voluntate projicit, ac interitui exponit, non facile aliam mentem habuisse creditur, quàm quod eam in numero rerum suarum esse nolit *d. l. 43. §. 11. vers. quod plerumque.*

VII.

Quod si vero hoc animo quis rem jactaverit, ut si salvum fuerit, haberet, ei, qui invenit, auferendum est, & si scit hoc qui invenit, & animo furandi tenet, furti tenetur. *vid. l. 43. §. 11. vers. si vero non hoc.* Hoc animo iste cum primis fit jactus, quo quis non ἀπλῶς ἐκὼν ut Aristoteles dicit III. Eth. 1. i. e. simpliciter sponte, sed quodammodo coactè e. g. ob salutem suam res abjicit, ut si in tempestate levandæ navis causâ res ejiciantur. Hæ enim dominorum permanent, quia palam est, eas non eo animo ejici, quod quis eas habere nolit, sed quò majus cum ipsâ navi maris periculum effugiat. Quâ de causâ, si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit. *§. ult. Inst. d. t. l. 9. §. ult. de A. R. D. l. 8. ad L. Rhod. de jact.*

VIII.

Multo magis casu amissæ res dominorum perma-

B 3

nents

ment: *d. §. ult.* & qui alienum quid jacens lucri faciendi
causâ sustulit, furti obstringitur. *vid. d. l. 43. §. 4. 5. h. t.*

IX.

Furti itaque crimen evitat, qui, ejusmodi res inve-
niens, tollit, non ut lucretur, sed redditurus ei qui deside-
rat. *l. 43. §. 7. & 11. vers. enim vero.* Unde solent libellum
proponere, continentem se invenisse; & paratos esse ad
reddendū ei, qui desideraverit. *d. l. 43. §. 8. Add. Petr. Peck.
& not. Vinn. Comment. de jure nautic. l. 7. ad L. Rhod. lit. c.*

X.

Ex his facile antinomia, quæ circa *d. l. 43. §. 11. h. t.*
occurrit, solvi potest. Minus cautè verò Fr Stypman-
nus tract. *de jure maritim & nautic. part. 4. c. 17. n. 49.*
difficultatem istam extricare satagit hoc modo: *Dici et-
iam potest hætenus haberi res projectas pro derelictis, ne
inveniens incidat in crimen furti, non verò ut dominus, si
postea ei innotescat, non possit repetere.* Quæ expli-
catio est contra expressa verba Ulpiani, eum casum tra-
ctantis, quo is, qui invenit, rem suam facit. *d. l. 43. §. 11.
verb. suum fecit.*

XI.

Ordinatione Criminali Carolinâ poena laquei &
ultimi supplicii statuta est I. furto, cum singulari vi con-
juncto, & unde præter ablationem rerum aliud pericu-
lum metuendum fuit. *d. Ord. crim. art. 159. I I. Furto
ter-*

tertiã vice commissio. *art. 162.* Reliquis casibus distinguitur, an furta sint magna s. quinque solidorum ultra, an verò parva, & prudentis iudicis arbitrio coercitio committitur. *art. 157. & seqq.* Jure Saxon. non attentã vi & iteratione quibuslibet furibus pœna laquei irrogatur, *LandX. lib. 2. art. 13. pr.* modò, ut expressum est in Constitutione Electorali. *Part. 4. const. 32.* furtum excedat quinque solidos, seu quinque aureos ungaricos optimos. Extra Electoratum tamen alicubi ista quantitas ad pœnam mortis infligendam non sufficit.

XII.

Infligi verò ob furtum pœnam laquei, injustum esse volunt Scotus *in 4. d. 15. q. 3.* Alex. Aens. *3. part. q. 47. m. 4.* Andr. Rivet. *in explicat. 8. Præcept.* Amesius *l. 5. de Conscient. c. 52.* Bachov. *ad Wesenb. tit. de furt. Ant. Matth. de Crimin. in l. 48. Digest. Tit. 1. cap. 2. n. 6.* Joh. Jac. Wiessenbach *Disputat. jur. civil. 41. th. 10.* Verum pœnam illam non esse injustam apparebit, si attendas in statuendis & æstimandis pœnis non solum damnum illatum esse considerandum sed & ipsam actus vitiositatem, & Principem potestatem habere puniendi delicta subditorum prout viderit efflagitare commune Reip. bonum, atque ut finis pœnarum obtineatur. Vid. Molin. *de Just. & Jur. tract. 3. D. 695. n. 1.* Martin. Chemnit. *2. part. loc. Theolog. in 7. præcept. circ. fin. (ubi scribit. Quaritur hic, an justum sit fures punire suspendio, cum lex divina hanc pœnam non constituerit? Sed vera responsio est, constitutiones Mosaicas, nostras Politias non obligare, quæ facinorosis rectè possunt pœnas imponere pro ratione illius regula, ut communis pax & tranquillitas conservetur, malum*

*malum de terrâ auferatur, audacia reprimatur, ut cæteri
timorem habeant, multis enim grassantibus opus exemplo.
Et ipse Deus in Politiâ Mosaicâ ostendit pœnas furti pro cir-
cumstantiâ rei ablatae vel mitigari, vel exasperari, ut qui-
dam quadruplum, quidam quintuplum reddant, quidam
venūdantur, quidam morte mulctentur) Dn. Carpz. Prax.
Crim. P. 2. q. 77. Dn. Tabor. Racem. criminal. analyt. ex-
pos. Ord. Crim. art. 160. Add. Nobilis. Dn. Præs. Exerc. I.
ad Digest. th. 33.*


XIII.

Suspendio pœnæ merito eximitur inventor malâ
fide inventum occultans; in officio suo fraudulenter
versans; nuncius pecuniâ intervertens; ob famis neces-
sitate furans; item rem ablatae aut æstimationem re-
stituens, &c. Vid. Dn. Theodor. p. m. Disp. Crim. 2. th.
8. Dn. Carpz. d. Part. 2. q. 80. seqq.

XIV.

Qui ad furcam justè condemnatus est, & suspensus,
rupto laqueo vivus in terram cadit, quin denuo
suspendi possit, nihil
obstat.





01 A 6680

ULB Halle 3
003 105 547




5b₁

V. 18

V. 17





DISP
TOM



46

GEORGII ADAMI STRUVII,
D. J. U. Prof. Publ.
EXERCITATIONEM FEUDALEM
SECUNDAM

De
FEUDORUM
ESSENTIA ET
NATURA.

Sub ejusdem Præsidio
Iterum publicæ disquisitioni exponit, & quæ-
dam ex Jure Criminali *Indiquata*
annectit

CHRISTIANUS KAPS, ZITTAVIA
LUSATUS.

Ad d. XXII. Octobr. Anno
M. DC. LVI.
H. L. Q. C.



JENÆ
è Typographæo JOHANNIS NISII.

47

